

Decimusquartus

De cellis uinatis.

Cap. xxi.

Pigna & collecto iā uino differentia in cella. Circa alpes ligneis uasis condūt: circulisq; cin-
gunt: atq; etiā hyeme gelida ignibus rigore arcēt: Mirū dictū. Sed aliquādo uisum: ruptis
uasis steterē glaciatae moles pdigii mō: quoniā uini natura nō gelascit: alias ad frigus stu-
pēs tm̄. Mitiores plagae doliis cōdunt: infodiūtq; terrae tota: aut ad portionē situs. Itē cælū
præbēt. Alii uero ipositis testis arcēt. Tradunturq; ad hæc p̄cepta: latus cellae uinariae aut certe fenestras
obuerti in aquilonē oportere: uel usq; in exortū æquinoctialem. Sterquillina & arborum radices pro-
cul abesse: oīaq; odoris euitandi: facillimo i uina trāsitu. Ficos utiq; & caprificos. Doliis ēt iterualla da-
ri: ne iter se uicia serpat cōtagione nini semper ocissima. Quī & figuras referre. Ventrosa ac patula mi-
nus utilia. Picari oportere p̄tinus a canis ortu: postea perfundi marina aqua aut falsa ac leui cinere far-
menti ea aspergi: uel agilla aspera myrrha suffiri: ipsaq; sapius cellas. Imbecilla uina demissis i terram
doliis seruanda. Valida expositis. Nunq̄ implenda. Et quod supersit: passo aut defruto perungendum:
admixto croco: pice ueteri cum sapa. Sic coopercula doliorum medicanda addita mastice ac pice. Bru-
ma aperiri uetant: nisi sereno die. Vetant austro flante: lunaue plena. Flos niui cādīdus probatur rubēs
tiste signam est: si non is uini colos sit. Item uasis incalescentibus: operculisue sudantibus. Quod celeri-
ter florere cœperit: odorēq; trahere: nō fore diutūm. Ipsa quoq; defruta ac sapa cum sit cælum sine lu-
na: hoc est in syderis eius coitu neq; alio die coqui iubent. præterea plumbeis uasis non æreis: nucibus
iugrandibus additis. Eas enim fumum excipere. Campaniæ nobilissima exposita sub diuo in cadis uer-
berari sole luna hymbre ac uentis aptissimum uidetur.

De uitanda ebrietate.

Cap. xxii.

Hic si quis diligentius reputet: in nulla parte operosior uita est: se non saluberrimū ad potum
aquae liquorē natura dederit: quo cætera omnia animantia utuntur. At nos uinū bibere &
iumenta cogimus tantoq; opere: tanto labore & ipendio constat: qd̄ hominis mentē mu-
ter ac furorē gignat: milibus scelerū huic deditis tāta dulcedine: ut magna pars nō aliud ui-
tæ p̄m̄ium intelligat. Quin immo ut plus capiamus: sacco franguntur uires. Et alia irritamēta excogi-
tāt. Ac bibendi causa etiā uenena conficiuntur. Aliis cicutam præsumētibus: aut bibere mors cogat
Aliis pumicis farina: & quæ referēdo pudet docere. Cautissimos ex iis balineis quoq; coqui uidemus:
exanimēsq; efferrī: iam uero alios lectū expectare nō posse: imo uero nec tunicā. Nudosq; ibi protinus
& anhelos ingentia uasa corripere: uelut ad ostentationē uiriū: ac plene infundere ut statim euomant:
turfusq; hauriant. Idq; iterū tertioq; tanquam ad perdenda uina geniti: & tanq̄ effundi illa nō possint
nisi per humanū corpus. Ad hæc pertinent peregrinae exercitationes & uolutatio i cæno: ac pectoro-
sa ceruicis repandæ ostētatio. per oīa hæc prædicatur sitis quæri. iam uero quæ uasa adulteriis celata:
tanquā per se parum doceat libidines temulentia. ita uita ex libidine hauriūtur: atq; etiam præmio in-
uitatur ebrietas. Et si diis placet: emitur alius: ut uel quantū biberit tantum edat: & pretium uinolentiae
lege accipit. Alius quantū alea quæsierit: tantum bibit. Tunc auidi matronam oculi licentur. Tunc gra-
ui prodūtur marito. Tunc animi secreta p̄ferunt. Alii testamenta sua nuncupant. alii mortifera loquū-
tur: redituraq; per iugulū uoces nō continent: q̄ multis ita interemptis: Vulgoq; ueritas iam attributa
uino est. interea ut optime cadat: solem orientem nō uident: ac minus diu uiuunt. Hinc pallor: & genæ
p̄dulæ: oculorū ulcera: tremulæ manus: effundētes plena uasa. & quæ sit p̄cena præscens: furiales som-
ni: & iquies nocturna. præmiūq; summum ebrietatis libido portētofa ac iucundū nefas. postera die ex-
ore halitus fetidi: ac fere regē oīum obliuio: morsq; memoriæ. Rapere se ita uitā p̄dicāt: cū priorē diem
quottidie perdāt: illi uero & uenientē. Tiberio Claudio principe ante hos. xl. ānos istitutū ut ieiuni bi-
berent: potusq; uini antecederēt cibos: externis & hoc artibus: ac medicorū placitis nouitate aliqua sese
comendantū. Gloriā hac uirtute parhi quærut. Famā apud græcos alciabiades meruit. Apud nos co-
gnomē etiam nouelius Tricongius mediolanensis ad procōsulatum usq; e prætura honoribus gestis
tribus cōgiis: unde & cognomē illi fuit: epotis uno ipetu: spectante miraculi gratia Tiberio principe in
senecta iam seuro: atq; etiā alias seuo. Sed ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat. Eademq; cōmenda-
tione credidit. L. pisonem urbi s romæ catatorem ab eo delectum: q̄ biduo duabusq; noctibus p po-
tationē continuasset apud ipsum iam principem. Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrē Tibe-
rium ferebatur. Tricōgii rara gloria: quando & hæc ars suis legibus cōstat: nō labasse sermone: nec leua-
tum uomitione: nō altera corporis parte. Dum biberet matutinas obisse uigilias: plurimū hausisse uno
potu. plurimū præterea aliis minoribus addidisse: optima fide. non respirasse in auriendo: neq; expuif-
se: nihilq; ad elidendum in pauimentis summū ex uino reliquisse: diligenti scito legum contra bibendi
fallacias. Tergill. Ciceronē. M. Fabio binos cōgios simul haurire solitum ipsū obiicit. M. q. Agrippe a
marcido: ac temalēto scyphum ipactum. Etenim hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriā
auferre Cicero uoluit interfectori patris sui. M. Antonio. Is enī ante eum auidissime apprehenderat hanc
palmā: edito etiam uolumine de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus approbavit plane: ut equidē

Torquat⁹

Torquati.

P